DE VITA ET HONESTATE CLERICORUM NONNULLA E FRANCISCI...

PRAEFATIO

Quae de vita et honestate Clericorum a sacris Canonibus sapientissime sunt constituta, plerique aut non probe callent, aut penitus ignorant. Hinc fit ut Episcopi, qui huiusmodi sanctionum observantiam, pro munere suo, data occasione, urgere contendunt, nedum nimiae severitatis saepe numero urguantur, aut potestatis abusionis insimulentur, sed et eorum praescriptiones, quod maxime dolendum, parvifiant et facillime negligantur. Quod quidem quantum ecclesiasticae disciplinae obsit, et in quantam animarum perniciem ruat, nemo est qui non intelligat.

Non igitur abs re, nunc temporis potissimum, visum est de Clericorum agendi ratione nonnulla ex celeberrimi Monacelli libris deprompta capita denuo in lucem edere. Sperare enim est futurum, ut ex eorum accurata lectione in Clerum pervulgata, quae sint Praesulum iura et officia, quaeque subditorum munera magis magisque pateat, nec a traditorum praeceptorum semita quis unquam licite declinare posse praesumat. Quo fiet ut ambulantes cum consensu in domo Domini, et quos Spiritus S. posuit

regere Ecclesiam Dei, et ceteri omnes qui in partem eorumdem sollicitudinis, vi sacerdotii Iesu Christi, sunt vocandi, plebem christianam ad recte pieque vivendum facilius trahant, et omnigenarum virtutum fructus uberiores in dies percipiant.

Non inficiandum aliquas, licet paucissimas, ex iis quae hic afferuntur, sententias non omnibus theologiae magistris, praesertim recentioribus, penitus arridere, et alicubi forsan aliquantulum obsolevisse. Sed cum sacris Canonibus, qui nunquam fuerunt abrogati, et ipsae innitantur, an sint aliqua de causa temperandae, res est eorum iudicio relinquenda, quibus fidei et morum scientiae depositum custodiendi, et ecclesiasticae disciplinae tuendae onus est praecipue demandatum, quique locorum, personarum, aliorumque adiunctorum ratione habita, quid sit practice agendum definiant.

Praemittitur Divi Petri Damiani Epistola de vigilantia Episcoporum in coercendis Clericorum flagitiis, quae ad rem etiam quam maxime confert.

DE VIGILANTIA EPISCOPORUM

IN COERCENDIS CLERICORUM FLAGITIIS

Satagendum est sanctis Episcopis, ut his malis, quae in necem populi christiani grassantur, occurrant, et Apostolorum opera per pseudosacerdotes, qui modo sunt, destrui non permittant, nec tam arduum Christi patiantur perire laborem propter augendam in terreno quaesitu paucorum hominum facultatem. Interim quod mens scatet supprimere volo, neo valeo: scintillam zelus excutit, dum caminum conscientiae dolor incendit. . . . . .

Ergo videtur nobis, si placet, hoc Episcopis utendum esse consilio, ut indignos, ac turpiter lapsos administratione suspendant: super eos autem qui permanserint, idoneos a latere suo viros, qui eos debeant frequenter invisere et custodire, constituant. Cui simile Rex etiam Assyriorum fecit, cum Sacerdotem ad instruendos caeteros Samariam destinavit: *Ducite*, inquit, *illic unum de Sacerdotibus, quos inde captivos adduxistis, ut habitet cum eis, et doceat legitima Dei terrae*, qui nimirum Sacerdos, sicut scriptura prosequitur, habitavit in Bethel, et docebat quomodo colerent Dominum. In Bethel ergo, hoc est in domo Dei, dignum est potiorem quempiam praesidere, qui sacerdotalis officii regalis caeteros possit imbuere. Nam valde timendum est quod per Moysen dicitur: *Anima quae peccaverit per ignorantiam de hostia, et de universis mandatis Domini, quae praecepit, ut non fierent, quidpiam fecerit: si Sacerdos, qui est unctus, peccaverit, delinquere faciens populum, offeret pro peccato suo vitulum immaculatum Domino.* Ex quibus verbis illud formidolose notandum est, quod sit: *Si Sacerdos, qui unctus est, peccaverit, delinquere faciens populum*; quia nimirum Sacerdos, qui legem Dei nesciendo delinquit, suis

etiam populum in peccatis involvit: et quos doctus revelare potuerat, secum simul per imperitiam gravat.

Tu vero, venerande vir, quem et vita praeclarum et doctrina conspicuum, et, quod his praestantius est, spiritalis zeli fervor reddit accensum, sic aliis iuniorum memineris delegare custodiam, ut et ipse frequenter huc illucque discurrere non omittas, faciens quod hortatur Salomon in Proverbiis: *Discurrere, festina, suscita amicum tuum, ne dederis somnum oculis tuis, ne dormitent palpebrae tuae.* Illud quoque non excidat, quod postmodum dicit: *Erue eos qui ducuntur ad mortem, et qui trahuntur ad interitum liberare non cesses*, ubi scilicet et excusatio tollitur, cum subiungit: *Si dixeris, vires non suppetunt, qui inspector est cordis ipse intelligit.* Sic ergo super commissum gregem, insignis pastor invigila, ut et ignavos opiliones ab eorum cura removeas, et ipse cum David insurgentium ursorum atque leonum rictus infringas: sive etiam cum Abraham, postquam caesis Amalecitis fratrem tuum Loth de iugo captivitatis eduxeris, ad Melchisedech regem iustitiae cum triumphali gloria revertaris.

S. Petrus Dam. *Cap. IV. Opusc. VI.*

DE VITA ET HONESTATE CLERICORUM

SUMMARIUM

1. *Episcopus debet Clericorum excessus punire.*
2. *Episcopus potest Presbyteris in Civitate Vestem talarem, et Clericis in functionibus Ecclesiasticis praescribere, non obstante locorum paupertate.*
3. *Clerici non debent deferre ornamenta vana, quibus Laici utuntur.*
4. *Clerici debent deferre Tonsuram, et coronam Clericalem, alias si sint in Sacris, vel Beneficiati, peccant mortaliter.*
5. *Clerici arma non deferunt propter periculum, quo se exponunt evadendi irregulares, et si deferant peccant.*
6. *Clericis de jure prohibetur ludus Alearum.*
7. *Clerici non debent incedere cum larva.*
   Episcopus etiam Regularibus prohibere potest ne incedant larvati, ibid.
8. *Clerici non debent ducere Choreas, nec illis interesse.*
9. *Neque cohabitare cum mulieribus, nisi sint consunguineae in primo, et secundo gradu, imo neque cum his quando sunt suspectae, et nu. 10.*
11. *Neque actionem criminalem in foro Laicali instituere sine Episcopi venia.*
12. *In civilibus, neque examen, neque juramentum subire in foro Laico debebunt sine Episcopi licentia.*
13. *Clerici Sacerdotes ante Missae celebrationem Tabacum sumere non debent.*
14. *Clerici utentes paramentis laceris et notabiliter immundis in celebrationem Missarum peccant mortaliter.*
15. *Presbyteri deberent quotidie celebrare, vel saltem diebus Dominicis, et festis solemnibus qui autem ter, vel quater in anno non celebrat, peccat, et potest puniri.*
16. *Clerici non debent se immiscere negotiis saecularibus.*
17. *Quae sint Officia Clericis inconvenientia, nu. 18. 19. 20. 21. 22.*
23. *Clerici beneficiati non incedentes in habitu talari privantur ipso jure Beneficiis.*
   Constitutiones Apostolicae non abrogantur per non usum, ibid.
24. *Clerici retinentes arma prohibita, qua poena puniantur.*
25. *Poenae Episcopo arbitrariae non extendendae ad excommunicationem, nisi in gravissimis causis.*
26. *Poena Carceris Clericis non est infligenda, nisi in gravibus, quia famam onerat, et affert injuriam.*
27. *Episcopus delicta Clericorum non relinquat impunita, quia qui negligit emendare quod valet, facientis culpam habet.*
28. *Odio habenda sunt peccata, non homines, corripiendi sunt tumidi, tolerandi infirmi.*
29. *Clerici duo profitentur, Sanctitatem et Clericatum, primum propter se, secundum propter populum.*
30. *Clerici non debent contemnere vincula Ecclesiastica, quia non est homo, qui ligat, sed Christus, quem habebunt ultorem.*

FORMULA EDICTI

N. Vescovo N.

Non vi è cosa, ch'impedisca tanto tenacemente nel popolo la riforma dei costumi, e degli abusi introdotti, quanto il mal esempio degli Ecclesiastici. Che però riflettendo Noi all ob-

bligazione che abbiamo di togliere dal nostro Clero (per quanto è possibile dal canto nostro) e tener lontane da esso quelle azioni, che possono dare occasione a laici, e persone pie di scandalo, e di mal esempio, e per non dover Noi render conto a S. D. M. delle colpe, e trasgressioni degli Ecclesiastici *dissimulate*, *e neglette*, ordiniamo, e comandiamo

1. Che tutti i Sacerdoti, Beneficiali, Portionari, Canonici, Dignità, Prebendati, Parochi, e Curati di questa Città, e di terre, e luoghi riguardevoli della Diocesi portino sempre con Collare, *la Veste talare* decente, ed i Chierici non Beneficiati, come anche li Sacerdoti de' luoghi piccoli della Diocesi nelle funzioni pubbliche Ecclesiastiche, e nella celebrazione della Santa Messa rispettivamente, eccettuate le Chiese di Campagna.

2. Che la Veste corta Clericale, che dovranno gli Ecclesiastici tutti portare nel tempo, luogo, e occasione loro permessa tanto nella Città, quanto in ogni altro luogo della Diocesi sia tale, che cuopra totalmente il ginocchio, e che non appariscano i vestimenti di sotto, modesta, e chiusa da ogni parte, con le maniche non divise nè aperte secondo la moda secolaresca, ma lunghe e strette sino al polso, e sempre con essa portino il Collare

3. Che gli abiti, che si portano sotto la Veste Clericale, o di sopra in occasione d'andare in Campagna, o di far viaggio, siano di color scuro, e modesto, senza *ornamenti vani*, e proprii de'laici.

4. Che nessuno Sacerdote, nè Chierico di qualunque condizione si sia porti perrucca, o siano capelli finti posticci, ma i proprii capelli naturali *colla debita tonsura*, *e chierica patente* della grandezza conveniente all'Ordine, secondo che viene prescritto dal Ponteficale Romano, o da Sacri Canoni, ed a quei Sacerdoti, che non porteranno la Chierica, non si dia nelle Chiese da Sagrestani il comodo di celebrare

5. Che non portino sotto qualsivoglia pretesto, nè in qualsisia tempo nè luogo *armi* di nessuna sorta, neppure per causa di viaggio, nè per uso di Caccia, senza nostra licenza, la quale concederemo secondo la disposizione de' Sacri Canoni, essendo le armi degli Ecclesiastici, l'orazione, e le lagrime.

6. Che non giochino a carte, o dadi, nè *altri giuochi proibiti* da' Sagri Canoni, e se vorranno per sollievo del corpo tal volta ricrearsi con altri giuochi onesti e leciti per qualche ora del giorno lo facciano in luogo ritirato, e lontano dalla vista del popolo, e del pubblico

7. Che non vadano in tempo di Carnevale, nè in altro tempo di giorno, nè di notte *mascherati*

8. Che non intervengano *a balli*, *a veglie pubbliche*, *o festini*, nemmeno ad altri spettacoli dove intervengano Donne, o Buffoni

9. Che non vadano all'Osterie, Bettole, e Cantine per bevere, o mangiare se non in occasione di viaggio, e fuggano la Crapula.

10. Che non ritengano, nè conbitino *con Donne* di qualsivoglia età, che non siano loro parenti in primo, o secondo, oppure affini in primo grado, senza nostra espressa licenza.

11. Che non vadano di notte vagando se non per urgente loro bisogno, ed in tal caso portino la lanterna accesa.

12. Che non facciano l'uffizio di Padrino nel Battesimo, o nella Cresima se non in caso di necessità, e senza nostra licenza espressa.

13. Che *non diano querele*, nè accuse in cause criminali, nè si esaminino per qualunque altra causa benchè civile, nè facciano obblighi di sorta alcuna nel foro laicale senza nostra licenza.

14. Che li Sacerdoti non prendano prima della celebrazione della Messa *il Tabacco*, per il di cui uso, o piuttosto corruttela spesse volte restano macchiati i corporali, che servono immediatamente al divinissimo pane Eucaristico.

15. Che non celebrino la Santa Messa con paramenti laceri, macchiati, ed immondi, ma avvertano, che quelli siano intieri, e decenti conforme *dispone la Rubrica* del Messale, e di celebrare con divota gravità, ed edificazione degli astanti, o con puntuale osservanza delle Sagre Cerimonie, non mancando di celebrare almeno le *Domeniche, e tutte le feste solenni* dell'anno.

16. Che non s'ingeriscano negli affari del Pubblico, negli Affitti de'terreni, o gabelle de' laici, nè in altri traffichi, *e negozj proibiti* da'Sagri Canoni agli Ecclesiastici, e non s'impieghino in uffizj vili, abbietti, *ed inconvenienti* alla sublimità, e Santità del Carattere.

17. Che nel parlare, conversare, e trattare sostengano la dovuta modestia, e saviezza, e non avviliscano mai con azioni, o parole scomposte, ed immodeste il decoro, e la stima del loro grado.

Poichè contro quelli, che contraverranno ad uno, *a* più degli ordini di sopra espressi, procederemo all'esecuzione delle pene tassate, e prescritte da Sagri Canoni, *Decreti, e Costituzioni Apostoliche*, ed altre da imporsi da Noi *a nostro arbitrio*, o *della Carcere* ex sola informata conscientia. Ed il presente affisso, e pubblicato, che sarà ne' luoghi soliti, vogliamo che serva per prima, seconda, e terza monizione. Dato etc.

N. Vescovo N.

ADNOTATIONES

1. Dissimulate e neglette. Episcopus, qui dissimulat peccata Clericorum, et illos punire negligit, tenetur reddere rationem Deo in die ultionis, ut habetur expresse in *cap. negligere* 2. *quest.* 7. *cap. praeterea* 23. *quest.* 9. *cap. Ephesus* 43. *dist. cap. ut famae tuae de sent. Excom. cap. cum in cunctis*, § *Clerici de elect. cap. ut Clerici* § *ne vero de vit. et honest. Cleric. cap. irrefragabili de Offic. Ordinar. Concil. Trident. sess.* 6. *cap.* 3. *et sess.* 24. *cap.* 1. *de reform.*

2. La veste talare. Potest Episcopus de jure Clericis Vestem talarem praescribere, ipsique eam tenentur deferre ex Text. in *cap. penult.* 23. *dist. cap. Episcopi*, *et cap. fine ornatu* 21. *quaest.* 4. *Clem.* 1. *de vit. et honest. Cleric. Concil. Mediol.* 1. *par.* 2. *tit. de Cleric. Vest. Concil. Trid. sess.* 14. *cap.* 6. *sess.* 22. *cap.* 1. *de reformat.* et praesertim Sacerdotibus commorantibus in Civitate, qui continuo illam gestare debent, ut probavit *Sacr. Congr. Concilii in Hortana* 8. *Julii* 1690. aliis autem quibuscumque Clericis hoc idem injungere in functionibus Ecclesiasticis non obstante exiguitate, seu paupertate locorum, sic respondit *eadem Sacr. Congreg. in Comen. Edicti* 4. *Aprilis* 1693. *et in Vigilien. Synodi* in *Congregatione Deputata* 20 *Maii* 1699. *in responsione ad quintum*, et secuta est *Sacr. Congregat. Episcop. in Ferentina* 22. *Maii* 1699.

3. Ornamenti vani. Non decent Clerico ornamenta vana, quia Canone prohibentur *cap.* 1. *et* 2. *et cap. praecipimus* 21. *quaest.* 4. *cap. Clerici officia de vit. et honest. Cleric. clem.* 1. *eod. tit. Concil. Trident. sess.* 14. *c. p.* 6. *de reform.* Neque laicum in veste aemulari, quia habitus Clericorum non debet esse communis cum illis, quibus saeculares utuntur, Piasec. *prax. Episcop. part.* 2. *cap.* 3. *art.* 2. *num.* 24. *ver. quis autem.*

4. Colla debita tonsura, e cherica patente. Praecipuum requisitum Clericorum est, tonsuram, et coronam deferre in signum regni, quod in Christo expectatur, de quo passim Canones loquuntur, *ut in cap. prohibere*, *et cap. penult.* 23. *dist. cap. duo sunt* 12. *quest.* 1. *cap. si quis ex Clericis*, *et cap. Clericis de vit. et honest. Cleric. Concil. Mediol.* 1. *par.* 2. *tit. de Cleric. vest.* et si Sacris Ordinibus initiati, vel Clerici etiam in minoribus Beneficiati, illam non deferant, eos peccare mortaliter firmant

*

Abb. *in cap. si quis de vit. et honest. Cleric.* Bonac. *de Sacr. Ordinibus disput.* 8 *punct. ult. num.* 2. Sperell. *decis.* 66 *num.* 12 *et alii ab eis allegati.*

5. Armi. Clerici arma non deferant propter periculum, quo se exponunt, evadendi ex illorum usu irregulares, et quia huiusmodi delatio est contra spiritum lenitatis *cap.* 1. *cap. cum a Judaeis cap. non pila cap. Clerici cap. quicumque* 23 *quaest.* 8 *cap.* 2 *de vit. et honestat. Cler. cap. in audientia de Sent. excom. clem.* 1. *in fin. de vit. et honest. Cler.* et de hoc latius dicam infra. *in tot. de licentiis et permis.* alios peccare mortaliter firmat Graff. *decis. aur. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 7 *num.* 2. *et* 7. *et part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 121. *num.* 5.

6. Nè altri giuochi proibiti. Alearum ludus est Clericis vetitus, quia inde oritur corruptio bonorum morum, enervatio disciplinae, malum exemplum laicorum, Dei nominis in vanum invocatio, blasphemia, avaritia, furtum, deceptio, desperatio, rixa, et aliorum malorum strues: et ideo ludus iste semper fuit a Sacr. Conciliis constanter damnatus *Concil. Constantinop.* 3. *cap.* 50. *cap.* 1. *dist.* 35. *cap. penult. de vit. et honest. Cleric. cap. inter dilectos de excess. Praelat. Concil. Trident. sess.* 22. *cap.* 1. *et sess.* 24. *cap.* 22. *de reform.* et tanta execratione, quod possunt Clerici, Beneficiati si tali ludo publice incumbant, privari Beneficiis et aliis etiam poenis affici, ut videri poterit apud Pignatell. *consult.* 93. *tom.* 6. *num.* 28. *et seqq.*

7. Mascherati. Non debent Clerici incedere cum larva, quia qui hoc facit lethalis culpae reus est, ut tenent Angel. *verb. ludus nu.* 2. Bonacin. *de reat. in gener. disp.* 2. *quaest.* 3. *punct.* 1. *nu.* 17. Si enim iste usus larvarum in laicis est improbandus, ut dicit Raynald. *observ. crim. tom.* 2. *cap.* 18. § 33. *et* 34. *num.* 12. *et seqq.* quid dicendum in Clericis? quibus a Sacris Canonibus expresse vetitum est, prout non obscure habetur *in cap. cum decorem de vit. et honest. Cleric. cap. nullus* 44. *dist. cap. nullus de consecr. dist.* 5. et hinc est, quod talis prohibitio potest ab Episcopo extendi etiam ad Regulares, sic laudando Episcopum Ferrarien. respondit *Sac. Congr. Episcopor. et Regular.* 5. *Februar.* 1585.

8. A balli, e veglie pubbliche. Choreas ducere, nec in loco ubi ducuntur, sive aliis profanis spectaculis interesse non debent Clerici. *cap. his igitur* 23. *dist. cap. non oportet de consecr. dist.* 5. *Sacr. Congreg. Episcop. in mox citata Ferrarien.* et ratio huius prohibitionis est, quia qui Christi sunt, carnem suam crucifigere debent cum vitiis, et concupiscentiis, ut monet Apostolus *Galat.* 5. se abstinere a Crapula, propter quam multi obierunt, qui autem abstinens est adjiciet vitam, *Ecclesiast. cap.* 37. *versic.* 34.

9. Con donne. Permittitur Clericis cohabitare cum Mulieribus Consanguineis in primo, et secundo gradu, et affinibus in primo, prout sunt Mater, Soror, Amita, et Uxor Fratris, quia hae regulariter a jure non reputantur suspectae, *cap. interdixit dist.* 32. *cap.* 5. *et per tot. de cohab. Cleric. et mulier. cap. oportet. cap. Clerici cap. volumus, et cap. foeminae* 81. *dist.*

10. Si vero etiam hae essent suspectae, vel haberent Pedissequam, tunc neque cum his cohabitare permittitur sine licentia Episcopi, qui ponderatis circumstantiis, illam concedet, vel denegabit, Nicol. *lucubrat. canon. lib.* 3. *tit.* 2. *de cohabit. Cler. num.* 1. Pammol. *decis.* 38. *num.* 27. et melius dicam infra in tit. de licentiis.

11. Non diano querele. Clericus actionem criminalem de delicto, quod mortem vel mutilationem membrorum mereatur, sine peccato, et irregularitate in foro laicali instituere non potest, ex *cap. praelatis de homicid. in* 6. cuius dispositio licet non habeat locum, quando Clericus iniuriam sibi, vel suis illatam in iudicio prosequitur, praemissa protestatione, quod reus puniatur citra poenam sanguinis, ut volunt Genuen. *prax. cap.* 41. *num.* 8. Sayr. *de censur. lib.* 6. *cap.* 18. nihil-

omnius hoc facere non debet absque sui Episcopi permissione, etiam in causis, in quibus poena sanguinis non irrogatur, quia adhuc in his protestatio requiritur juxta opinionem Raynald. *observ. crimin. tom.* 1. *cap.* 10. *num.* 81.

42. In Civilibus autem, nec juramentum dare, neque examen subire debebit in eodem foro laicali absque licentia Episcopi (de qua infra) *cap. testimonium cap. nullus* 11. *quest.* 1. *cap. his quibus* 23. *quest.* 8. *cap. si diligenti de for. compet. cap. sententiam ne Cleric. vel Monac. c. quamquam* 14. *quaest.* 2.

43. Il tabacco. Prohibitio hujusmodi non est a Sacerdotibus parvifacienda, quia magnifecit Sanctissimus Praesul B. Turribius, qui in Concilio Provinciali Limensi haec mandavit — *prohibetur sub reatu mortis aeternae Presbyteris celebraturis, ne tabachi fumum ore, aut tabachi pulverem naribus etiam praetextu medicinae ante Missae Sacrificium sumant.* Non igitur videtur transgressio levis illa, quae juxta Beati viri sententiam culpam potest inferre dignam morte aeterna.

44. Disporre la rubrica. Rubrica generalis Missalis *titul. de praeparat. Sacerdot. celebrat.* quae disponit, quod Paramenta non debent esse lacera, aut scissa, sed integra, et decenter munda, non est pure doctrinalis, et instructiva, sed praeceptiva juxta dispositionem *Can.* 19. *Concil.* 4. *Lateranens.* Unde advertant Sacerdotes, quod illa sint integra, et decenter munda, quia si essent lacera non essent amplius apta ad usum sacrum, quia amiserunt benedictionem, et quod sint nitida, alias qui utitur paramentis notabiliter immundis peccat mortaliter, *cap. omnis de consecr. dist.* 4. Biss. *hierurg. par.* 2. *verb. paramenta sacra* n. 28. § 1. *et* 5.

45. Le domeniche e tutte le feste solenni. Sacerdotes juxta Venerabilis Bedae effatum melius esset, ut quotidie celebrarent, et juxta monitionem *Concilii Tridentini sess.* 23. *cap.* 14. *de reform.* saltem diebus Dominicis, et festis solemnibus, ut hoc praescribitur in Edicto. At qui sine justa causa ter, vel quater in anno non celebraret, cum peccat mortaliter, posset ab Episcopo, Decreto Synodi, aut alias monitione praemissa etiam per Edictum, poena mulctari, et puniri, ut per Text. in *cap. si non frequentius de consecr. dist.* 2. probant Graff. *decis aur. par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 39. *nu.* 3. Bonac. *de Sacram. Euchar. disput.* 4. *quaest. ult. punct.* 7. *nu.* 1. *et* 2. Tambur. *de jur. Abbat. tom.* 2. *disp.* 5. *num.* 1. *et admisit Sacr. Congr. Concil. in Tortonen. de mense Novembr.* 1696 (*).

46. E negozi proibiti. Nemo militans Deo implicat se negotiis saecularibus, inquit Apostolus 2. *ad Timoth. cap.* 3. et ideo Sac. Canones prohibent Clerici negotiationes, *cap. Clericus de vit. et honest. Cleric. cap. consequens est, cap. negotiatorem* 88. *dist. cap.* 1. *et cap. secundum instituta ne Cler. vel Monac. clem.* 1. *in fin. de vit. et honest. Cleric.* Quae autem dicantur negotia licita, vel illicita enumerat Pignatell. *consult.* 34. *nu.* 49. *tom.* 2. ubi plura Decreta de more refert.

47. Inconvenienti. Officia, et ministeria Ecclesiasticis inconvenientia plura sunt, puta Caupona, Macellum, Furnum, vel Nuncium exercere. propter quae exercitia nisi moniti desi-

(*) Mirandum quod nullus hic de confessione sacramentali sermo fiat. Sed auctoris mens abunde constat ex formula xvIII, ubi agitur de conditionibus, sub quibus licentiam missam celebrandi in dioecesi exteris presbyteris est concedenda. Ibi enim requiritur ut sacerdos *semel saltem* in unaquaque hebdomada ad Sacramentum Poenitentiae accedat. Aliunde per sacros Canones et synodales Dioecesum Constitutiones satis superque hac de re provisum quisque novit. Lubet tantum addere quod in Concil. Burdigal. anno 1583 tit. 5. est statutum *Peccatorum confessionem octavo quoque die aut saepius faciant.* Et quod divus Carolus Borromaeus in prim. Conc. Provinciali praescribendum censuit *Sacerdotes, ut puriores ad divinam rem faciendam accedant, saltem singulis hebdomadis peccata sua confiteantur, nisi ob mortalis peccati culpam frequentius id facere oportuerit.*

stant Clerici, possunt privilegiis Clericalibus privari, et si Sacerdotes sint ab Altari, *et* ordine suspendi Nicol *lucubr. can lib 3 tit 4. de vit. et honest. Cleric num* 33 *pag* 44.

18. Est quoque Clericis interdictum officium, et exercitium Tabellionatus, quia sapit negotiationem, praesertim constitutis in Sacris, vel Beneficiatis, qui habent unde vivere, ut plene probat Fagnan *in cap sicut te ne Cler. vel Monac num* 25.

19. Exercentes munera saecularia in quibus fit judicium sanguinis ipso jure privantur Beneficiis, et Pensionibus, quamvis Sententiam sanguinis actu non tulerint, sed potentia, et habitu potuissent, Maiol *de irregular lib* 2 *cap* 6 *num* 2. *et* 5 Franc Maren *decis* 396 *per tot par* 2 Rot in *Romana Pensionis* 15 *junii* 1668. *coram Albergato, et decis* 279 *num* 4. *par* 16. *recent*

20. Inhabiles sunt ad exercendam Tutelam Testamentariam, et Dativam, Mart *vot. Pisan* 239 Rot *decis* 446. *nu* 16 *par* 4 *tom* 2. *rec. et coram Coccin decis* 523 *num* 3 *Sacr. Congreg. Episc in Salernitana* 14 *junii* 1619.

21. Non sunt admittendi ad officia publica Civitatis, aut loci *cap Sacerdotibus ubi glos ne Cleric vel Monac clem unic de vit, et honest. Cleric.* Ricc *in prax part* 2 *res* 413 Mastrill *de Magistr lib* 4 *cap* 6 Paris *de confid quaest* 9. *num* 35 *et seqq* Quicquid sit de Clericis Conjugatis habentibus requisita, *cap unic de Cleric. conjug in* 6. qui, etsi debeant et hi abstinere, adhuc admittuntur ad Concilia publica, et ad officia, de quo vide Pignatell *consult* 42 *num* 46 *et consult* 69 *num* 7 *tom.* 2 ubi quod debent admitti ad votandum, sed non ad exercendum officia

22. Est quoque Clericis, et praesertim Sacerdotibus inconveniens, quod inserviant laicis, in officiis vilibus domus, faeminisque Nobilibus ancillentur, ac obsequia praestent, ac si essent homines infimae conditionis, contra quos exclamabat tempore suo Felin. *in cap.* 4 *de maior. et obed* et hodie increpat flendo Sedes Apostolica per organum Sacr Congreg Episcop. litteris Enciclicis sub datum Romae 16. Martii anni 1697 unde Episcopi curare debent, ut ab his abstineant, et abusus tollatur

23. Decreti, e costituzioni apostoliche. Vigore Constitutionis Apostolicae privantur ipso jure Beneficiis, et Pensionibus absque monitione Clerici Beneficiati, non incedentes in habitu talari, et tonsura, adeo ut eorum Beneficia tamquam vacantia possint impetrari; sic sancivit Sixtus Quintus sua Constitutione impressa *in Bullar. nova la* 92 et tradunt Bellet *disquis Cleric part* 4 *tit de favor person. Cler* § 8 *num* 7 Sperell *decis* 66. *num* 20 21 *et seqq* contra quam obiici non potest de inobservantia, quia Constitutiones Apostolicae non abrogantur per non usum, sed est necessaria scientia Papae, vel alia Bulla moderatoria, Rot. *coram Cavaler decis* 91. *nu* 6. 7. *et* 8. *et decis* 144 *num* 1. *et* 2.

24. Item Clerici retinentes, vel deferentes arma prohibita, poterunt in Statu Ecclesiastico puniri ab Episcopo citra poenam sanguinis vigore Constitutionum Apostolicarum Pii IV *la* 49 et Pii V *la* 145 *Bullar tom* 2

25. A nostro arbitrio Hoc arbitrium in imponendis poenis, debet esse regulatum a jure, et moderatum, et numquam debet extendi ad excommunicationem nisi in gravissimis casibus, ut respondit *Sac Congreg. Episcop Episcopo Cavae* 16. *Decembris* 1617 sed poenis Sacrorum Canonum se conformare, nisi gravitas criminis, conditio inquisiti, loci qualitas, frequentia, et occasio delinquendi contrarium non suadeant, *Sacra Congregat. Episcop in Ruben* 5 *Februar* 1616

26. O della carcere Poena excommunicationis (ut mox dixi) pro gravissimis, Carceris vero non nisi pro Delictis gravibus in Tribunali Episcopi regulariter imponenda non est, quia illa separat hominem a Deo, Satanae tradit, et fidelium consortio pri-

vat, Graff. *decis. aur. par.* 1. *lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 30. Lazar. *quest. canonic. sect.* 1. *quest.* 12. *n.* 11. haec autem affert iniuriam, famam onerat, et irreparabile gravamen infert. Ricc *decis.* 482. *n.* 7. *par.* 2. Cyriac. *controv.* 472. *n.* 5. *cum segq.*

27. His praenotatis licet difficile sit Clericos malos a bonis in hac vita seiungi, et quod Episcopus facere posset, quod nec Apostolis concessit Dominus *cap. Quartus* 23. *quaest.* 4, Attamen quia iugum, et lorum curvant collum durum *Ecclesiast.* 33., delicta eorumdem impunita Episcopus non relinquat, quia qui negligit emendare quod valet, facientis culpam habet *cap. Facientis dist.* 86. ut quos Divinus timor a malo non revocat, temporalis saltem poena cohibeat a peccato, *c. Cum in cunctis* §. *Clerici sane de elect.*

28. Odio tamen habeantur peccata non homines, corripiantur tumidi et obstinati, tolerentur infirmi, et quod in delictis severius castigari necesse est, non saevientis plectatur animo, sed medentis iuxta monitum *cap. Odio* 86. *dist.* 4. Ut cum Episcopus haec fecerit possit cum Antistite Tarsio Domino dicere: *Mundus sum a sanguine eorum, qui transgrediuntur Canonicas sanctiones*, cuius epistolae tenor habetur post *c. Eos qui* 4. *quaest.* 4.

29. Clerici vero meminerint, quod duo profitentur, nempe Sanctitatem, et Clericatum: Primum propter se, Secundum propter populum, cui inserviunt: *Concil. Aquisgranen. Can.* 142. Et ideo Sacerdos dicitur Sacer Dux, Sacra dans, Sacra docens, quia debet ducere exemplo, docere verbo, et Sanctus Sacra aliis dare, ut Sancti fiant.

30. Non contemnant igitur vincula Ecclesiastica, quia *non* est homo, qui ligat, sed Christus, qui Episcopis hanc potestatem dedit, et Dominos fecit tanti honoris, ut inquit Papa *in cap. Nemo* 11. *quaest.* 3. Porumque eis iuvabit prece, vel pretio, fraude, vel amico humanum Episcopi vitare iudicium, quia Deum, quem habent testem, ipsum habituri sunt et ultorem. Et si in malo suo perseveraverint ituri sunt in aeternum, Deo retribuente, supplicium, *cap. Porro* 33. *quaest.* 3. *de poenit. dist.* 1.

DE COHABITATIONE CUM MULERIBUS

SUMMARIUM

1. *Mulier quinquagenaria praesumitur (quando est honesta) cohabitare posse cum Clerico absque periculo incontinentiae.*
2. *Mulieres suspectae, non tantum si famulae sint, sed etiam consanguineae cohabitare non permittuntur cum Clericis, quamvis senilis aetatis.*
3. *Licentia retinendi famulam non est concedenda sine iusto, et rationabili causa.*
4. *Episcopus concedendo licentiam retinendi famulam, non dispensat, ut Clerici possint cohabitare cum mulieribus, sed declarat in casu proposito cohabitationem non esse punibilem.*
5. *Licentia retinendi famulam non exigitur, quando est consanguinea in gradu de iure permissa, nisi esset suspecta.*
6. *Licentia retinendi famulam debet gratis concedi.*

FORMULA LICENTIAE
RETINENDI FAMULAM

N. Episcopus N.

Tibi R. N. Parocho (sive presbytero) N. ut famulam nomine N. *aetatis* 50 annorum, *bonae famae*, et aestimatio-

nis, *iustis de causis* animum nostrum digne moventibus, pro serviiis domesticis, et custodia tuae Domus retinere possis ad nostrum beneplacitum sine molestia nostrae Curiae, *firma in reliquis remanente prohibitione Sac. Canonum*, *gratis* indulgemus

Datum etc

ADNOTATIONES

1. Aetatis 50 annorum In hac enim aetate cessat omnis aliena sinistra suspicio, et mulier alias honesta praesumitur tunc cohabitare posse sine periculo incontinentiae: juniores autem Episcopus nisi raro, et ex magna causa non permittat, quod cum presbyteris solis, Curam animarum praesertim exercentibus, cohabitent, quia illorum pedes descendunt in mortem, et ad inferos gressus penetrant, ut habetur ex Divino oraculo, *Proverb. cap* 5.

2. Bonae famae. Quotiescunque mulieres, quae cum Clericis cohabitare permittuntur, sunt aliquo modo suspectae, non tantum famulae, sed et si consanguineae sint, separandae sunt et arcendae ab illorum domibus, quamvis sint senilis aetatis. Nicol. *lucubr can lib 3 tit 2 de cohab. Cleric n. 4. Sacr. Congr Episcop* in *Senogall* 15. *Febr et* in *Ferrarien* 7 *junii* 1619. in qua famula erat aetatis annorum 66.

3. Iustis de causis. Licentia haec non est concedenda contra dispositionem Sac Canonum indiscriminatim omnibus presbyteris sine delectu, et sine causa, sed tantum prudentiali, et rationabili motivo concurrente, et praecipue bona, et nunquam interrupta fama honestatis presbyteri licentiam petentis, et quod alio modo non possit succurri absque gravi incommodo indigentiis illius, alias enim Episcopus dispensando non esset immunis a culpa, ut monet *Concil. Trid. sess.* 25. *cap* 18 *de reform*. late Spereli *decis* 109 *per tot*.

4. Firma remanente prohibitione Sac. canonum. Cum Sacri Canones obligent non solum ad poenam, sed etiam ad culpam, ut docet Fagnan *in Cap. Canonum statuta num* 16 *de Constit*. ideo Episcopus hic in licentia non dispensat absolute, ut Presbyter, sive Clericus possit cohabitare cum muliere extranea, sed declarat transgressionem in casu sibi proposito, non esse punibilem in foro externo, et illum absolvit a poena. An autem ita eveniat quoad culpam coram Deo, Clericus simplex, sive presbyter consulat conscientiae suae: quod maxime advertere debent Episcopi in expeditione huiusmodi licentiae.

5. Si autem mulier esset Presbytero coniuncta in gradu consanguinitatis de iure permisso, tunc non videtur imponenda necessitas licentiam impetrandi, etiamsi retineatur cum qualitate famulatus, ut sensisse videtur *Sacr. Congregat. Concilii in Caesenaten Synodi* 26. *Februarii, et* 26. *Martii* 1695. dummodo tamen non sit suspecta, ut iam dixi supra, *et in adnot. ad Formul. Edicti de Vit. et Honest. Cleric.* et declaravit *Sacr. Congregat. Deputata in Vigilien. Synodi* 20 *Maii* 1699 ad 16

6. Gratis. Potest Episcopus de iure prohibere presbyteris, et Clericis ne Domi retineant famulas, nisi fuerint ab ipso approbatae, et absque sua licentia: sed hanc concedendo debet illam gratis expedire, ne unquam pusillis occasio detur dubiandi, Sacros Canones cohabitationem mulierum cum Clericis prohibuisse, ut exinde Episcopi quaestum faciant, ut monuit *Sacr. Congreg. Episcopor et Regular Episcopum Bergomensem* 22 *Novembris* 1593.

DE VENATIONE

SUMMARIUM

1. *Clericis licita est venatio recreationis gratia*
2. *Clericis venatio nimis frequens non est de iure permissa*
3. *Venatio diebus festis, et tempore jejuniorum non est licita*
4. *Clerici venando non debent habitum deponere.*
5. *Clerici rete, vel laqueo venari possunt, sed non armis*
6. *Licentia ferendi sclopum est contra honestatem status Clericalis.*
   Clericis licentia ferendi arma conceditur ad tuendam vitam, vel terrendos latrones, ibid.
7. *Episcopus non dispensat in jure communi*
   Adstringitur servare Canones ibid
   Non concedit licentiam pro delatione armorum, nisi ad praescriptum Sac. Canonum.
8. *Episcopi concedendo licentiam sclopi venatori abutuntur potestate.*
9. *Pignatell. rejicitur.*
11. *Sclopus est genus armorum aptum ad naturaliter offendendum*
12. *Usus deferendi sclopum quoad Clericos est abusus*
13. *Conc. Trid. improbat inobservantiam Sac. Canonum, et ad observantiam reduci mandat.*
14. *Quae sit venatio clamosa*
15. *Licentia venandi Superioris semper est exigenda.*
17. *Licentia venandi Clericis gratis debet concedi, et nu 18*

LICENTIAE VENANDI FORMULA

Tibi, *ut moderatae recreationis causa*, *exceptis diebus festivis*, et jejuniorum, et *nunquam Clericali habitu deposito*, absque incursu poenarum et molestia nostrae Curiae, *laqueo vel rete venari possis*, et exclusa venatione *clamosa*, *et illicita* ad nostrum beneplacitum servatis praefatis conditionibus, *licentiam pro foro externo gratis concedimus.* Datum, etc

N. Episcopus, sive Vicarius Gen. N.

ADNOTATIONES

1. Moderatae recreationis. Tunc Clericis licitum est venari, si raro, silentio, et modestia, alicuius utilitatis gratia saltem recreative fiat, ut bene distinguunt Host. in *sum. tit. de Cler. venat num. 2. et 3.* qui sic dicit *per raro igitur, et ex causa necessitatis, vel utilitatis, saltem recreative, et non aliter, Clericis licitum est venari*: et Bertachin. in *repert. verb. venatio vers. 4.*

2. Si enim venatio esset nimis frequens sine ulla necessitate, non esset Clericis licita, quamvis fieret sine strepitu, Menoch. *de arbitr. cas. 413. nu. 16.* Sperell. *decis. 124. num. 31.* tum quia ratione nimietatis, et modi non esset necessaria, nec honesta: tum quia in nimis frequenti venatione, quae sine sumptu expleri non potest, intervenit malus usus, et abusus redditium Ecclesiasticorum, ut advertit Passerin. *de stat. hom. tom. 2. qu. 187. art. 2. num. 299. circa med.*

3. Exceptis diebus festivis. Ratione temporis non tantum Clericis, sed etiam Laicis est illicita venatio, puta Quadragesimae, et jejuniorum, quia tunc vacandum est orationibus, non autem voluptatibus, ut ex *cap. An pietatis 13. et ex gloss. in cap. Qui venatoribus in 1. distinct. 96.* tradunt Host. et Bertac. *supra allegati*, Add. ad Abb. *in cap. 1. de Cler. venator.* Ne

igitur his diebus Clerici ab Officiis divinis et spiritualibus occupationibus avocentur, populoque scandalum praebeant, non est concedenda licentia venandi, Bellett *disq Cleric tit de disciplin* § 19 num 7 *vers dummodo*

4 Nunquam clericali habitu deposito. Inconveniens est, quod Clerici habitum deponant, quia illis expresse, et explicite Canone prohibetur, ut in *c Nullus, c. Episcopi, c Sine ornatu* 21 *qu* 4 *Conc Trident sess* 14 *cap* 6 *de reform*

5 Venari possis. Rete, vel laqueo, non autem armis omnes enim DD qui admittunt Clericis aliquando recreationis gratia licitam esse venationem, intelligunt de venatione, quae exercetur cum silentio, et sine periculo irregularitatis, quorum aliqui tanquam Canonum Magistri hic recensentur.

Turrecrem in cap Quorundam dist 34 *num.* 6 sic ait — *alia venatio, quae fit cum retibus, et laqueis, forte licita est Clerico, quia non fit cum clamore, nec emittuntur voces — Et in cap Qui venatoribus* 86 *dist num* 3 *in fine — Venatio cum laqueis, et pedicis, atque retibus, Clericis etiam est licita, et dummodo cum silentio, et modestia fiat*

Hostien in summ tit de Cleric venat nu 2 — *licet enim Clericis causa necessitatis, utilitatis, vel recreationis, cum retibus, laqueis, et canibus venari, dummodo cum silentio, et modestia fiat*

Abb. in cap 1 *de Cler venat num.* 1. *litt C ibi — quaedam vero est venatio, quae fit cum retibus, seu laqueis, et licita est Clericis, dummodo frequenter non insistant*

Bertachin repertor. in verb venatio vers 3. *circa fin — quaedam est venatio, quae fit cum rete, seu laqueo, et licita est Clericis, dummodo frequenter non insistant*

Graff decis aur. part 2 *lib* 3 *cap* 3. *nu.* 9 — *venatio cum laqueis, et pedicis, atque retibus, et canibus, Clericis etiam est licita, dummodo cum silentio, et modestia fiat*

Silvestr in summ verb venatio — ponere autem laqueum, vel rete sine strepitu et clamore, et canibus, licet etiam Clericis

Sebast Med tract de venat part 4 *q* 8 *num* 18 — *venatio vero quae fit cum rete, seu laqueo, licita est Clericis, dummodo frequenter non insistant*

Barbos. de jur Eccles univers lib 1 *cap* 44 *num* 79 — *postremo Clericis non licet canes habere, vel accipitres ad venandum, nec venationes facere periculosas, seu clamosas, velut aprorum, et cum armis*

Dian part 3. *tract* 6. *Miscellan. resol* 49 — *sed ego puto cum Panormitano, venationem Clericis recreationis causa non esse prohibitam, dummodo non sit clamorosa, sed modesta, nempe cum retibus, vel laqueis*

Gonzal Commentar. in cap 1. *de Cler venat — venatio sylvatica, aucupatica, saltuosa, de qua in praesenti agitur, est dum armis, canibus, seu avibus, quis animalia terrestria, seu aves aucupatur, et ratio prohibitionis ea est, quia plerumque fit armis — et num* 8 refellendo objectiones firmat, quod venatio haec in Clericis sit usus improbus.

6 Ex quibus auctoritatibus recte infertur, quam malus sit abusus concedendi Clericis licentiam ferendi sclopum, et quam merito Episcopos id indulgentes carpat Raynald. *observat crim tom* 3 *cap* 24 § 4 *num* 39 cum sit contra honestatem status Clericalis, et passim concedatur, quod non nisi in casu necessitatis ad tuendam propriam vitam illis concedi debeant, prout esset quando Clerici iter facerent per loca periculosa ad terrendum latrones, vel graves haberent inimicitias, qui sunt casus a iure permissi, ut late probant Ricc *decis Cur Archiepisc Neap* 256 *part* 3 et Sperell *decis* 422 num 12 17 24 34 *et* 36.

7 Caeterum si verum est Primo, quod Episcopus non dispensat in jure communi, ut in puncto delationis ar-

morum communiter tradunt Gloss in c 2 *de vit, et honestat Cleric* Grass *de effect Cler effect* 20. nu 26. *et seqq* Bellet *disq Cleric de discipl* § 18. *nu* 15. Bonac *de Sac Ordin. disp* 8 *quaest. unic. punct ult* num 7 Conciol *resol Crim verb arma resol* 24 *num* 2 *et seqq.* Secundo, quod Episcopus adstringitur servare Canones, alias illos voluntarie violando graviter peccat, *glos in Extrav Sancta Romana verb Concilii Generalis, de Relig Domib in* 6 *cap Violatores* 25 *quaest* 1 et firmant in hac subiecta materia, Sperell *et alii D D mox laudati.* Tertio, quod Episcopus non debet licentiam deferendi arma concedere, nisi ad praescriptum Sacrorum Canonum, ut respondit *Sacr Congr Immun in Carilionen* 2 *julii* 1647 his verbis — *Episcopo licere licentiam concedere Clericis gerendi arma ad praescriptum Sacr Canonum, illaque non posse comprehendi sub bannimentis Laicalibus* lib. 4 *Decr Paul fol* 14 *a tergo*

8. Sequitur indubitanter, quod Episcopi concedendo licentiam deferendi sclopum venatorium, non sint immunes a culpa, et ratio ea est, quia potestate, quam dedit illis Deus in aedificationem, in destructionem abutuntur, contra praeceptum *Apostoli* 2 *ad Corint c.* 10 *et c.* 13 Et sic valide quidem concedere quoad jurisdictionem, sed non licite quoad causam

9. Nec est curandum de Pignatelli *consult* 59 *tom* 3 ubi abusum excusat, et delationem sclopi venatorii licitam reddere nititur Quia, vel nota Ecclesiae *Mediolan. Conc. provinc* 1 *part.* 1 *tit de arm lud, et spect pag.* 18 ipse non vidit, vel apud Eminentissimos PP Sacr Congreg Concilii non studuit nam in primis haec habentur — *ideirco edicimus, ne Clerici arma cuiusvis generis ferant, quod si Episcopus probabit, justaque de causa id eis permittendum judicaverit, tunc scripto impetrata venia ipsis uti liceat, non tamen publice nisi rei, aut facti necessitas postulet Omnino balista, hastis, et sclopeto, aliisque huius generis instrumentis ipsis interdicimus* Prout etiam censuit *eadem Sacr Congreg in Ostuen* 6 *julii* 1697 In qua cum Clerus Terrae Sancti Viti illius Dioecesis recursum habuisset ad d Sac Congreg pro moderatione Synodi, in qua inter caetera in *Tit de vit et honest Cleric* statutum reperiebatur sic — *ne quis gestare audeat, seu afferre arma non prohibita offensiva, videlicet, Pistole, Terzette Archibugi, seu Schiopette, Spade etc ed altre armi offensive sub poena exilii ab hac Civitate, et Dioeces per quinquennium etc* et clar mem Card Casanata cui d Synodus revisio commissa fuerat, votum dedisset in conceptum — *Episcopus gratis, et discrete licentiam concedat*, facta relatione in plena Congregatione sub d. die prodiit resolutio; *servetur Decretum Synodi, prout iacet*

10 Apud secundos, in revolutione libellorum Clericorum saepe recurrentium pro dispensatione ab irregularitate incursa, utpote quia in explosione sclopi venatorii, vel oculus Canonis erutus, vel digitus pollex abscissus fuit, et alia deformitas, aut mutilatio membrorum avenit, edocemur, quod talis usus, et permissio est periculis plena

11. Sitque igitur conclusio, quod cum Clerici delatione sclopi venatorii praeter adiunctam indecentiam exponant se periculo mortis, mutilationis membrorum, et per consequens irregularitatis, quae est praecipua ratio cur illis arma prohibeantur, nullo modo debent Episcopi talem *explicitam* licentiam concedere, quia nil refert, quod iste Sclopus non sit ordinatus ad offendendum, sed aucupandum, ut inquit Pignatell *num* 12. Nam ut delatio sit Clericis interdicta, sufficit, quod arma cuiusvis generis sint de per se apta naturaliter ad offendendum, prout est Sclopus, Navar. *de cens c* 27 *nu* 63, Graff *decis aur. p* 1. *l.* 4 *c* 18 *nu* 102 Conciol *res Crim verb. Arma res* 24 *nu* 2 Zaul *observ ad Stat. Favent tom* 1 *rub* 14 *lib* 4 *n* 8

42 Nec excusari possunt Episcopi praetextu, quod Canonum rigor abiit in desuetudinem, et contrarius fore ubique hodie invaluerit usus quia talia opponentibus aptatur responsio Innoc. III data Archiepiscopo Turonen contra aleatores, qui se excusabant praetextu consuetudinis, in *cap. inter dilectos de excess. Praelat.* his verbis— *Nos tamen, qui ex officii nostri debito portes huiusmodi extirpare proponimus, atque ludos voluptuosos occasione quorum, sub quadam Curialitatis imagine, ad dissolutionis materiam devenitur, penitus improbamus excusationem praedictam, quae per pravam consuetudinem (quae corruptela dicenda est) palliatur, frivolum reputamus, cum in illis magis plectibile sit offensa, per quos ad excusandas excusationes in culpis, delinquendi auctoritas usurpatur.*

43 Et etiam quia talis excusatio improbatur hodie a *Sacr. Concil. Trid. sess. 22 de reformat. cap. 1* his verbis — *statuit Sancta Synodus, ut quae alias a Summis Pontificibus, et a Sacr. Conc. de Clericorum vita, honestate, cultu, doctrinaque retinenda, ac simul de luxu, comessationibus, choreis, aleis, lusibus, ac quibuscumque criminibus, necnon saecularibus negotiis fugiendis, copiose, ac salubriter sancita fuerunt, eadem in posterum iisdem poenis, vel maioribus arbitrio Ordinarii imponendis, observentur. Si quae vero ex eis in desuetudinem abiisse compererint, ea quamprimum in usum revocari, et ab omnibus accurate custodiri studeant, non obstantibus consuetudinibus quibuscumque, ne subditorum neglectae emendationis ipsi condignas Deo vindice poenas persolvant.* Cogitent igitur Episcopi, an in die irae Domini, in qua judicium durissimum de his, qui praesunt, fiet, *Sap. 6*, poterunt excusari.

44 Clamosa, et illicita. Venatio, quae fit Canibus, et Falconibus proprius ex voluptate, dicitur clamosa, et illicita *cap. 1 et 2 de Cler. Venat. Concil. Trid. sess. 24 cap. 12 de Reform.* Difficile creditu est, quod haec non sit illicita Clericis, si canes, qui ad venandum retinentur, ex bonis Ecclesiae nutriantur nam cum bona Clericorum sint pauperum, aut Ecclesiae, et consumi non possint nisi in usus pios, non erit piaculum leve si comedant bestiae, quod Christi pauperes alere deberet, Passerin *de stat. homin. tom. 2. qu. 187 art. 2 nu. 293* ubi expendit textum Evangelii *Matth. 15. non est bonum sumere panem filiorum, et dare canibus.*

45 Licentiam. Quamvis venatio, quae fit retibus, vel laqueo moderate, sit permissa etiam Clericis, adhuc exigitur licentia, quia tunc causa rationabilis excusat, quando sit de licentia superioris, ad quem pertinet distinguere inter casum licitum, et illicitum, *cap. Consilium versic. potes, et debes de observat. ieiun.* Graff. *decis. aur. par. 2 lib. 3. c. 47 nu. 14.*

46 Fan foro externo. Quia Clerici saepe abutuntur licentia, et se continere nesciunt intra limites moderatae recreationis, ideo Episcopus promittit Fiscum molestias non esse illaturum in foro externo, quo vero ad illorum excessum coram Deo, se participem fieri nolle declarat.

47 Gratis concedimus. Licentia pro venatione licita, gratis concedenda est, neque pecunia exigenda, quoniam si maximus abusus est, et eliminandus, licentias concedendi Clericis ferendi arma, res reprehensione magis digna est, et excusationis expers, quod concedantur ad quaestum faciendum.

48 Abstineant ergo Episcopi, aliive Praelati inferiores ob hac praxi arma Clericis concedendi, quae passim calcat disciplinam, dignitatem, et sanctitatem Ordinis Clericatus, nulli in hoc occasionem offensionis dantes, ne vituperetur eorum ministerium, populique eorum curae commissi (quia fragiles sunt, et inconstantes) quod quid eos in opere vident adimplere, credant esse licitum, et culpa carere, aliive, qui foris sunt, obloquantur Sacrorum Canonum sanctissimas Con-

stitutiones esse maiorum presbyterorum purum commentum ad captandum lucrum iuventas meminerintque quod argentum, et aurum non poterit liberare eos in die irae Domini, juxta infallibile Sophoniae vaticinium, *cap.* 1. et *quod non est Deus quasi homo ut mentiatur, nec ut filius hominis ut mutetur, Num.* 23. *Pascant igitur*, ut imperat Petrus *epistol.* 1. *cap.* 5. *gregem secundum Deum non turpis lucri gratia, sed voluntarie, cap. sunt in Ecclesia* 1. *quaest.* 1.